

mia coscienza ai piedi di Sua Santità &c. Animo agitato fuisse Cardinalem intelligas: Voi metterete questo in Italiano, et il leggerete a Sua Santità, et al Sgr. Card. Borromeo, ai quali io voglio farmi ben intendere, perche à gl' altri humori, et opinioni si stranie, che io vedo a Roma, io rispondo: Maior est orbis Urbe &c. Et iterum: Io sono Francese, nutrito nell' Università di Parigi, nella quale si tiene l' autorità del Concilio sopra del Papa, e sono censurati come Heretici quelli, che tengono Contrario. In Francia si tiene il Concilio di Costanza per generale in tutte le sue parti. Si seguita quello di Basilea, e si tiene quel di Fiorenza per non legitimo, ne generale. Et perche si faranno più tosto morire i Francesi, che tenere il contrario. Da questo io conchiudo, che io m' inginocchio dinanzi Sua Santità, et la priego per uiscera Misericordie Dei nostri, che per adesso si lascino tutti questi motiui, et queste dispute. Afflittò Regno (Franciae) non est addenda afflictio. Gli Heretici sono già assai offesi. I Catholici sono tutti governati et guidati dai Theologi, che grideranno sin' al cielo &c.

Fol. 274. Epistola Christoph. a Jesu Maria, alias Cabrerae ad Card. Seripandum Tridentum data Roma III. Calen. Jul. 1562. Incipit: Hispanus ille Presbyter, pauperque peccator, quem vir integerrimus Protonotarius (Guil.) Sirletus, si meminit tua charitas, ad te misit Romae, — literulas has

simul cum hisce paucis capitulis ad te mittere in animum induxit. &c. Confilia Reformationis erant, sed in Exemplo nostro non comparent. Fortassis in Memoriis Seripandi ad Concilium Trid. spectantibus, quas pariter Tomis II. 4. fervari in Medic. Laurentiana refert Ossingerus cit. aut in iis Seripandi Monumentis quae frequenter excitat Card. Pallavicinus, supererunt. Ceterum ad Res Concilii Tridentini penitus inspiciendas haec omnia non levis momenti sunt.

DCCCCXLII.

Codex chartaceus lat. Sec. R. 1083 XVII. Folior. 166. 4. olim Dominus Professorum S. J. Viennensis, inscribitur: Declarationes quorundam Sacrosancti Conc. Trid. decretorum a Cardinalibus Sacrae Congregationis ejusdem Concilij ad diversos Episcopos et Praelatos missae, seu ad alias particulares personas rescriptae, in quibus comprehenduntur nonnullae declarationes pontificum, singulae suis sessionibus et capitibus ordine accomodatę. Laureti est descriptum. 1606. Terminato Concilio Pius IV. agente praecipue Nepote suo Carolo Borromaeo a. 1564. octo Cardinalium Congregationem instituit, quae de dubiis circa Concilii Decreta subnascentibus cognosceret, et ad Pontificem referret. Sub Pio V. et Sixto V. etiam Facultas interpretandi et decidendi eidem adtributa est. Quae vero rerum humanarum conditio est, fuc-

successu temporis non paucae *Declarationes* illi subpositae et falsae circumferri coeperunt, ut adeo mandato *Gregorii XV.* a. 1621. ejusmodi *Declarationum* Syllogae Indici Librorum prohibitorum adji- cendi fuerint, cautumque sit ab *Urbano VIII.* a. 1631. ne ulli earum fides habeatur, nisi manu et sigillo Cardinalis Praefecti et Secretarii Congregationis munitae. Antiquior his Constitutionibus est praesens Collectio, et ad calcem ita subscripta: *Has Declarationes descripsit et finiuit mense Junio Anno 1606. Laurenti Joannes Brunneau Leodiensis, Lector ibidem mensae, ex Exemplari Bibliothecae Lauretanae; Quae Declarationes obseruantur per omnia ab Ordinarijs et Vicarijs. De Seminario Clericorum episcopali sermonem hic esse putem. Declarationes ordinem Sessionum sequuntur, et Prima est in verba Sessionis IV. Et si regulares fuerint ultra examinationem &c. hujus tenoris: Congregatio censuit idem in concionibus obseruandum, etiam si concionatores ab ordinario fuerint approbati. De ipsa Congregatione adi, si placeat *Hinoldi Plettenbergii Notitiam Congregat. et Tribunalium Curiae Rom. Hildesii 1693. 8.**

DCCCCXLIII.

R. 3346

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 174. 4. min. partim lineis longis, partim per duas columnas, neque una manu, commode tamen exaratus, et minio di-

stinctus e pluribus Opellis coagmentatus est, ut sequitur: I. *Hec sunt statuta domini Gwidonis Cardinalis presbiteri. Ad concilium Salisburgense XXII. celebratum Viennae a. 1267. mense Majo pertinent, cui praefuit hic Clementis IV. Legatus S. Laurentii in Lucina titulo Cardinalis Vladislao Archiep. nondum Sacris initiato. Ipsa Statuta extant in Flor. Dalhami Conciliis Salisburg. editis Aug. Vindel. 1788. p. 105. f. et alibi. Codex noster quandoque lectione differt.*

II. fol. 5. *Hec sunt Statuta Friderici Episcopi Saltzpurgen. In Concilio videlicet XXIII. a. 1274. Kal. Novembr. acto. Leguntur in Concill. mox cit. p. 117. Canonibus, ut in superiore, paullo aliter diuisis, et verbis quandoque diuersis.*

III. fol. 9. *Hec sunt instituta Ven. domini Friderici Archiepiscopi Ecclesie Saltzpurgen. A. S. L. Instituta in prouinciali concilio Saltzpurgen. Anno domini M^o. CC^o. LXXXIX^o. Omitte ultimum X. ad annum enim 1281. pertinent, et habentur l. cit. p. 126.*

IV. fol. 12. *Hec sunt constitutiones domini Johannis episcopi Tusculani a. f. l. Extant apud Harzbemium T. III. Concill. Germ. p. 725. conditae in Concilio Wurceburgensi a. 1287. Mense Martii, ut habet ad calcem Codex, Post Letare ierusalem. Nec hic varia deest lectio. Ita Can. X. pro Presbyteris duas communicaturas recipere, Codex legit Plebanos duas*